



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

Quod uoluntates hominum fati agi arbitraba[n]tur, liberum negantes
arbitrium, idq[ue] deorum consilijs persuasi. Cap. ij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

tus ita futura significant, quod omnes & maxime Apollo multis respon-
sionis aperuit. Cum enim ab eo quaereret, marem ne an foeminam in
utero habes mulier parere, foeminam respondit, idque a conceptionis
tempore precepisse declarat dicens. Non sperato marem Phoebe cum Ara-
res Cypriae radijs tenebrae. Aegrotationes etiam Stellarum cursu pre-
dicabant. Malis enim pulmonem agitari humoribus respondit, quia salebris
Saturnus premeret, & in alio responso, Fatatus tibi adest dies, quem Sa-
turnus Mauorsque simul statuerunt. His abunde intellectum puto non
diuina quadam uirtute, sed caelestium motus obseruatione ac ratio-
ne mathematica gentium deos futura cognouisse. Ita nihil diuinius
quam homines afferebant.

Quod uoluntates hominum satis agi arbitrabantur, liberae
negantes arbitrium, idque deorum consilijs persuasi. CAP. II.

Quare modo attente considera, quod non solum exteriora,
& quae in potestate non sunt, uerum etiam uoluntates hominum
fatatas arbitrabantur. Sic enim ipse Apollo cum de milite quo-
dam interrogatus esset, quare tam periculosa rei studeret,
respondit dicens. Mars eum genethliacus concitat, adeo
autem generosi quidem illi dii fatatum extulerunt, ut nec templa sua defen-
dere se posse a fulminibus confiterentur. Quae igitur spe uota illis reddun-
tur, aut cur pie colendi adorandique sunt, quae sibi ipsis sufficere nequeunt.
Quae omnia oraculo suo his uerbis adito Apollo confirmauit.

Vos ab erichthonij generati sanguine magni
Qui quando structura cadet pulcherrima templi,
Percupidi scire haec oracula nostra petistis
Cum ualidi magno uenti cum frigore surgent
Compressus cum fulminibus ruet undique crebris
Exilietque aether, quae templa excelsa deorum
Sub mediisque undis naues multasque cremabunt
Atque altos ferient montes, ipsosque fugabunt
Pastores trepidos, speleaque poscere cogent.
Tunc quoque terrifico percussum hoc fulmine templum
Ardebit, sic stat fatorum immobilis ordo
Ferre autem longe praestat quodcumque seuerae
Et iuxta & stabili statuerunt lege sorores.

Esse

Esse etenim certum, stabile, inuiolabile semper

Quicquid nent fufis Parcae rex iuffit olympi.

Si ergo nec templa fua defendere dii poffunt, fed uenire neceffe eft, que Parcae fufis funt euoluta, qd oportet deos aut colere, aut de futuris interrogare, fi tam bonorū q̄ cōtrariorū caufa neceffitas erit fa- talis: Erit igitur hæc neceffitas dñs omnibus fpretis, fola ueneranda. Quod fi Parcae dñs Iuppiter eft, q̄ quodcunq; fufis Parcae conuol- uent, immobile fore ftatuit, cur nō ceteris omnibus relictis, folum il- lum deum, & folum bonorū largitorē magna p̄dicat uoce: p̄fertim cum ipfe folus confilia Parcarum, ut alibi dicis, mutare facile poffit. Vera igitur ratio illum efle deum, illum fequēdum atq; colendum folummodo aftruit.

Quod facta magica ui folui poffe Apollo refpōdit. CAP. III.

Contra ꝑo Pithius Apollo maleficis artibus fata folui cō- tendit. Cum enim q̄reret qdam, cur ineptus ad rem quā- piam ab Apolline iudicatus effer, quidq; faciēdum effer, ut quali aptus fufciperet, fatorū impediri uī eum respon- dit, quā magicis artibus effugere poterat. Vnde aperte patet magi- cam diuinitus autē hominibus cōceffam, ut aliquo modo fatum re- pellerent. Hæc Porphyrij nō mea funt. Qui autē re magica fata ho- minibus foluēda confulat, quomodo ip̄e qui deus eft, fatatum tem- pli nō reppulit incendium? Nobis autē illud etiam confyderandum eft, quam dignus dei appellatione ille fit, qui non ad philofophiam, fed ad malas artes homines hortatur.

Quod Apollo nonnunquam mentiri fe fatebatur.

Porphyrius autē meniri quoq; deos fatef, exquisitam futu- rorum cognitionē dicens nō hominibus folum, fed multis etiam deorū incōprehensibilem efle, unde interrogati, non fponde mentiunt̄ inquit. Quare p̄dicere folent nō poffe ue- re fe refpondere: homines autem ex amentia perfeuerantius cogūt ut refpondeāt. Appollo igit̄ delphicus cum huiufmodi cœli ac cōti- nentis affectio effer: ut uerum p̄uidere nō poffet: retine dicebat per- uatem uim iftam, & potentia ꝑba hæc nō proferas, falſa dicam fi co- ges. Et in alio refponfo. Nihil hodie inquit ftellarum mihi uia dicen- dum præftat. Deinde cōcludens ait. Manifeflum iam fecimus unde
m falſitas